+

perempleniori, Vera infirmitate pro maiori minorennitate Succes:
sorum, Legatione intra vel extra Regnum Servitio militari
1176 ad munimenta ad Exercitum, Vel aliis quibusvis dilationibus
1970 et Legalibus impedimentis non differendo, ad quietationem
praeterea Ultra proximos officy praefati Castrensis Capitanealis
Praemysliensis Terminos dilationem sibi non recipiendo, nullasq;
motiones appellationes, ac earum prosecutiones faciendo ac prae:
missa omnia paenis simplicibus vel triplicatis, Evasionibus
Suspensionibus, fatalis Juris, praescriptione Terrestri bello
Conventionej, ac aliis omnibus Juris remediis et defensis
non Subterfugiendo, nec modo alio quovis evadendo. Ita
sua praesenti personali recognitione ad praemissa oīā
et Singula mediante.

Eadem Krasickiego Quietat

124 Comparens personaliter Coram officio et Actis praesentibus Castren:
sibus Capitanealibus Praemysliensibus Generosa Zophia de Kwi:
lin olim Generosi Christophori Kwilinski cum Generosa olim
Heduigi Rumowska Consorte eius legitima procreata filia
primarum olim Generosi Stephani Koteski ad praesens vero se:
cundarum nuptiarum Generosi Joannis de Lezenice Gostomski
Subdapifer Terrae Sanocensis Consors legitima cum eiusdem
Mariti sui Uti Tutoris Coniugalis personali assistentia et Ultroneo
ad infrascripta recognoscenda Consensu Sana mente et corpo
re existens a Terris Districtibus Juribus Jurisdictionibusq; Suis
quibusvis propriis et Competentibus recedendo praesenti vero
Castrensi Capitaneali Praemysliensi Jurisdictioni quo ad actum
modernum attinet Se cum Successoribus ac bonis suis genera:
liter omnibus totaliter et plenarie incorporando atq; Subjiciendo
palam libere publice ac perexpresse sum recognovit. Quia ipsa
Generosum Adamum Vladislaum de Sieczin in Krasiczyn Krasi
cki et ipsius posteros de Causa et actione Judiciaria primum
et origina:

originaliter per Generosam olim Hedvigim de Krunow primarum olim Generosi Andreae Skorzycki, secundarum vero nuptiarum Generosi olim Christophori Kwilinski Consortem relictam Viduam, post eundem Maritum suum Dominam Reformationem et Advitalitialem tum Generosos Stanislaum Georgium Annam Helisabetham Kwilinskie praefati olim Generosi Christophori Kwilinski sui Recognoscentis Parentis filias et filios ac Successores legitimos atque se Recognoscentem eidem Suprascripto Generoso Adamo Vladislao Krasicki, ratione per ipsum summae Mille Ducentorum Florenorum Polonicalium per praefatum Generosum Krasicki, eidem olim Suprascripto Generoso Christophero Kwilinski sui Recognoscentis Parenti Actis Terrestribus Praemisliensibus modo Simplicis debiti inscriptae et super bonis eius generaliter omnibus ad Solvendum assecuratae pro tempore et loco in eadem Inscriptione expressis non persolutionis, primum ad officium praesens Castrense Capitaneale Praemisliense, deinde vero ad Judicium Tribunalitium Regni Lublinense institutae et intentatae, tum de quibusvis paenis banitionum perpetuarum tam in officio Castrensi Praemisliensi quam in Judicio Tribunalitio Regni Lublinensi obtentis et publicatis, earumque publicationibus et approbationibus tum de Decretis quibusvis etiam Executorialibus, totoque antecedenti et subsequenti processu, ratione summae Suprascriptae obtento et producto, atque in quovis puncto et gradu Juris dependente suo in tenore lationi ob plenariam et sufficientem sibi Recognoscenti, quantum pro sorte et interesse suo spectat et pertinet praestitam Satisfactionem quietat, emittit, dimittit liberumque et absolutum perpetuo facit et pronuntiat Causam eandem et actionem Judiciariam banitiones quasvis perpetuas cum earum publicationibus et approbationibus, aliasque quasvis Condemnationes Decreta quaevis etiam executorialia totumque antecedentem et subsequentem processum in toto et per omnia Cassat

mortificat et annihilat, sibi Recognoscenti suis successoribusq ratione praemissorum perpetuum imponendo silentium.

1972 Feria Tertia in Vigilia Festi Sancti Laurentij Leuitae et Martyris Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Septuagesimo Secundo.

9/VIII

Orzechowscij Coniuges et Hermanowscij Coniuges Intercisam mutuo Roborant.

1241 Comparentes personaliter Coram officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Praemysliensibus Generosi Jacobus de Orzechowce Orzechowski Subdapifer Terrae Chelmensis et Sophia de Boguszyce Coniuges legitimi ab vna et Joannes Hermanowski, atq Magdalena de Pleszowice Fredrowna itidem Coniuges legitimi parte ab altera. et praesertim Consortes cum eorundem Generosorum Maritorum suorum Virorum Conjugalium authoritate et personali assistentia et Vltroneo ad infrascripta recognoscenda Consensu sani mentibus et corporibus existentes a Terris Districtibus Iudicibus Iurisdictionibusq suis quibusuis proprijs et competentibus recedendo praesenti vero Castrensi Capitaneali Praemysliensi Iurisdictioni quoad actum hunc attinet, secum successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atq subijciendo palam, libere, publice, ac per expressum recognouerunt et quilibet illorum seorsim suo pro interesse recognouit. Quia ipsi sibi mutuo et inuicem Vna

pars alteri